



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

13. Dies Aprilis. Malevolæ suspiciones sunt calumniantium benevolæ  
suspiciones sunt gubernantium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**



injuriam; quàm alteri, qui patitur. Ita ut maxima  
pœna, impunitas injuriæ: Undè ipsa sibi inferenda  
malignitas. Designa aliquod vitium, & invenies  
intollerabile, severiùs Rhadamanto se punire: de-  
signa invidiam, amantem licet proprii commodi;  
debis iniquam: designa Iram cum sua dulci vindi-  
cta; invenies acerbissimam. Etiam ipsam Injustitiam  
injustissimam dices. Itaque qui injuriam irrogat, ab-  
versus seipsum armatur. Ipse non tantum est sui ce-  
nifex supplicii, sed ipse sibi est supplicium: non est  
quod extrà se quærat ultorem, ipse sibi est pœna. Hoc  
demum esto loco Colophonis, & altæ scientiæ;

*Qui facit injustè, pœna est semper sibi justa.*

### 13. DIES APRILIS.

Malevolæ suspiciones sunt calumniantium  
benevolæ suspiciones sunt gubernan-  
tium. *D. Chrysof. hom. de Susanna:*

Suspicio. I. **P**rima, inter injurias quas alte-  
rius inferimus famæ, est suspi-  
cio. Hæc est, dum Intellectus  
duobus sibi propositis ut incertis, assentitur alteri  
parti, sed cum aliqua fluctuatione, & vacillatione  
absque magna firmitate. In hoc argumento illud  
observandum: tam boni, quàm mali, male ali-  
quando suspicantur. Quamvis bonorum suspicio-  
nes bonæ sunt: malorum malæ, quia hi mala male  
suspiciantur ad calumniandum; Illi verò mala qui-  
dem, sed benè, solùm ad providendum, & go-  
bernand-



Aprilis.  
maximam  
infensam  
venies  
nare: de  
modi;  
alci vind  
njustitiam  
rogat, ad  
est sui car  
non et  
ocena, hoc  
entia;  
sta.  
S.  
antium  
ibernan  
ma:  
quas alte  
est susp  
ntellectu  
itur alie  
illatione  
ento illu  
malè al  
suspicio  
nala mal  
mala qui  
, & ga  
bernan

Aprilis. bernandum. Talis enim suspicatur malum, sed optat invenire bonum. Qui benevole suspicatur; vinci cupit: qua gaudet se errasse. Tametsi boni parcissimi, & temperatissimi sint plerumque in suspicando: quia vix aliquos posse fallere credunt. Et quia ipsis amica est veritas, mentiri neminem putant. Quid mirum, si putent neminem posse mentiri, qui omnes solent suo pede metiri? Libenter credunt, quod ipsi sunt; nec possunt suspectum habere, quod non sunt.

II. Exemplo sit S. Joseph. Intumuerat sponsa ipsius uterus; Joseph ignarus mysterii, animadvertit, quod vix potest credere videt indubitatem, quod dubitat tamen esse. Rem videt, nescit modum: Imò scit Virginem tam puram, tam innocentem, & tam alienam ab eo, quod videt; ut vix credat oculis suis, & credat potius, se non videre quod videt; quam credat Virginem, non esse Virginem. Sed tamen illa fert uterum; quomodo gravida potest esse Virgo? Quomodo possem accusare innocentem? sed quomodo etiam possum excusare prægnantem? Hæc inter se pugnantia, mirum quantum angebant Josephi animum. Et certè, nisi in suspicando fuisset sui potens, præcipiti in petu gravius aliquid moliri poterat, sed iudicium suspendit. Rationem servat, æquitatem tuetur, Deo confidit, & locum relinquit Justitiæ, ut dum occultè demitteret conjugem, nec innocentem prodet, nec rei incognitæ consentiendo, se reum faciet coram Deo. Non audebat aliquid finistri de ea suspicari, in quo tot observaverat virtutis decora, ob quæ impellebatur eam suspicere.

III. Itaq; plus debent habere ponderis multæ virtutes, ut bonum de proximo persuadeant; quam leve aliquid

S 4

quod



quod argumentum delicti, ut persuadeat malum. Sed ille est perversus hominum genius; minas confert perspecta excellentia ad famam, quam suspicio inanis ad notam. Homo virtutis, juxta ac vitii, æquus est censor: quippè corrumpitur agnata ingenui perversitate, & alieni dedecoris libidine. Quæ levissima, & malignè elaborata suspicione objicitur, indubiâ fide credit, quæ a virtute pro se allegatur, non videt: quasi non solum libertate arbitrii, sed quodammodò etiam judicii polleat arbitrio. Arbitratur causæ, ubi causa est anceps, pro nutu dirimit. Sed humana iniquitas, causam pro arbitrio reddere ancipitem; imò adhuc ancipitem non reddit, sed contra oculorum evidentiam pro inani conjectura, & levissima suspicione sententiam dicit, & sic læta Innocentiæ bellum indicit. Sic non criminatorem tantum, sed suspicionibus impellimur, & vulnere risuque alieno pejora interpretati, innocentibus incriminamur. Nullus æqua rationis trutinâ aliena facta examinat, sed pro judicii temeritate profert sententiam, & sic sæpè infert injuriam. Contra fallacem suspensionem, evidentissima militant argumenta: suspicio nullâ ratione, vel ad speciem fucatâ nititur, & tamen dum invidia, & malevolentia suspicioni suppetias ferunt, etsi infœlici victoriâ, Veritatem triumphantem. Quapropter suspende judicium, ubi non est certum rei indicium, & sit tibi hoc effatum, in cautela præceptum.

*Suspice nequaquam, sed despice suspensionem.*